[1]) Scholiorum quoque disponendorum viam designatam fuisse interdum ab eodem lineatore librarioque ipso ex multis rebus manifestum est. H. l. satis habeo ad ea delegare legentes, quae de versuum numero minuto dixi in partibus b) et d) γ).

[2]) In foliorum 316^v—326^v versibus computandis potui errare. Error autem, si quis est, non potest paucorum versuum excedere summam.

[3]) Hunc autem libellum solum subscriptione instruxit codicis Γ librarius.

versus: a) quaternos: post libellos 74[1]) et 76 b) tres[2]): post libellum 21 c) duos: post libellum 70 d) singulos[3]): *α*) paginarum finales eosdemque interlibellares: post libellos 18. 49. 55. 56. 61^2 (fol. 280^r post Leges Convivales). 61^3 (fol. 274^r post epistulam primam). 73. 77^8 (fol. 332^r). 77^{29} (fol. 341^v) *β*) interlibellares: post libellos 3. 5. 11. 14. 22. 25. 27. 31. 34. 36. 37. 44 *γ*) ut scholio spatium daretur: fol. 74^r versum 37.

Raro in unum finem competunt libellus et quaternio: 1) libellus 18 quaternioque f 2) libellus 70 quaternioque P 3) libellus 73 quaternioque Q.[4]) Harum autem rerum non facile ulla potest esse fortuita, cum facile vitari potuerit haec libelli quaternionisque inter se quasi diaeresis efficique caesura[5]), ut his caesurae locis comprobatur: discedunt autem inter se[6]) libelli 6. 13. 36. 37. 44 quaternionesque

---

[1]) Ex his quattuor versibus primum = folii 315^r versum 34 instruxit interlibellari ornamento.

[2]) = folii 69^r versus 35—37; versum 35 implevit interlibellari ornamento, versum 36 vacuum reliquit; in versu 37 incipit scholium *τοῦ δαρείου — βαβυλῶνας ὑπάρχειν*.

[3]) Ex his autem omnes qui ad partes *α*) et *β*) pertinent interlibellaribus ornamentis implevit. Cfr. adnotationes superiores. Ex ornamentis interlibellaribus huius librarii nihil potui de antigrapho eo colligere, unde descriptus est *Γ*.

[4]) Huc haud scio an pertineant quodam modo etiam 4) libellus 76 quaternioque S∗∗ 5) libellus ȣ compagesque ⤙. Cfr. quae exposui supra.

[5]) Diaeresis autem et caesurae vocabula ex arte metrica huc convertere liceat ad has res significandas.

[6]) Ab eiusmodi ratione ne hi quidem libelli, si absunt, longe absunt: 20. 21. 24. 27. 30. 35. 39. 45. 49. 51. 55. 64. 78. 79∗; cfr. quaterniones g. h. k. m. o. r. x. B. D. E. G. M. V. X. Num eodem referri possint libellus 61^2 *Κρονοσόλων* quaternioque L, qua in compage auctus est linearum versuumque

a. d. s. t. A. Manifesto librarii ipsius studio vitatur caesura efficiturque diaeresis libelli 18 quaternionisque f. Cuius studii consiliique expressa vestigia persequi licet inde a folio 47. Librarius autem: a) quinionem pro quaternione instituit b) versuum numerum auxit in aliis foliis, in aliis reduxit c) folium 51 interiecit. Magis occulta sunt neque oculis cernuntur coartatae scripturae auctorumque in latitudinem versuum vestigia; tamen si editiones recentiores aequabiliter expressas contuleris, paullo latius patere scripturam videbis in foliis 45—53 quam pateat in alterutra codicis parte vicina. Maximi autem momenti est, quod Ω, sui iuris et ipse, ut Γ, diaeresin effecit et ipse post libellum 18.[1])

Veri simile est atramenti colore me deceptum minus recte mihi visum esse aliam manum, plane aequalem illam quidem, deprehendisse in libello 76, fortasse etiam in libello 75. Potuit autem atramento diluto factum esse, ut litterarum ductus dilatarentur aliamque speciem praeberent intuenti. Quod si ita res se habet, non recte interruptus est a me cursus ordinis in hac Conspectus IV:i codicisque Γ parte.

---

numerus, incertum est. Possitne iam in foliis 126—133 auctus esse numerus versuum, ne diaeresis fieret libelli 35 quaternionisque r, non audeo existimare. Minuti in libelli 36:i foliis 145. 146 versuum numeri manifesta est causa.

[1]) Codex S post libellum 18 vitavit diaeresin; in codicibus $\Phi B E$ non extat hic libellus; cfr. quae de codicis Φ initio adnotabuntur infra. Potest, ut videtur, codex L a libello 19 orsus esse: cfr. in Conspectu IV:o codices $t\lambda$. Etiam in codicibus $\mathfrak{D}\Delta\delta$ al. incipit a libello 19 conglobatio libellorum cum codicum $\Gamma\Omega$ al. ordine congruens.

Ad membranam adpressi fuerunt locis non paucis pastilli minutuli; quae signa videntur pertinuisse ad correctionem quandam antiquitus praeparatam. Facile sine dubio potuit olim tactu explorari, qui loci ita signati essent.[1])

Correctorum in codice Γ opera illustrabitur in singulorum libellorum apparatu. Duo autem correctores praeter ceteros conspicui sunt atque in omnibus fere codicis Γ partibus cernuntur: Γ^a et Γ^c.

Γ^a: In quibus libellis raro, saepe, saepissime occurrat Γ^a correctoris manus, in Conspectus IV:i parte ultima ostenditur singulis, ternis, quinis positis in separata columna tesserulis; interrogandi autem signum in ea columna positum indicat eum de quo agitur libellum raro correctum esse aut a Γ^a aut a Γ^x.[2])

His libellis corrigendi operam a se navatam esse testatur Γ^a subscriptionibus post singulorum libellorum versus finales positis: 13. 14. 15. 16. 25. 31. 32. 70. Quae subscriptiones eodem fere modo conceptae sunt omnes quo libellorum 13 et 14 subscriptiones.[3]) Hic corrector, ut ipse ostendit, est Alexander episcopus Nicaeensis. Adiutoribus his usum se esse ostendit Alexander:

---

[1]) Pauca eiusmodi signa remanent; de iis quae exciderunt nihil audeo statuere, cum in hac re cernenda oculorum tantum auxilio usus sim neque ullum locum digitis tractaverim. — In codice S quoque signa quaedam his signis simillima remanent.

[2]) Hac autem nota comprehendentur correctores prima manu recentiores illi quidem sed quorum aetas vix possit certius definiri; neque enim in paucarum litterarum correctionibus facile discernuntur manus quae et consimili atramento utuntur neque maius aetatis discrimen prae se ferunt aperte. Perierunt cum quaternione y si quae fuerunt a manu Γ^a correcta in libellis 40. 41. 42.

[3]) Vol. I. Fasc. I. p. 166 et 208.

1) Iacobo fratre in libellis 13. 14. 25. 31.[1]) 70 2) Theodoro diacono in libellis 15. 16 3) Ioanne adfini — sororis aut marito aut filio — in libello 32.

Praeter correctiones scholiaque varias saepe lectiones scribit Γ^a non raro praemissa *γϱ.* nota. Antigraphum unum minimum praesto ei fuisse demonstrant haec addita[2]) 1) *ἐν ἑτέϱῳ* in libellis 27 et 32 2) *ἐν ἄλλῳ* in libellis 20. 22. 52. 75 et fortasse 12 c. 10 3) *καλῶς* in libello 28 (bis) 4) *καὶ οὕτως* in libello 43.

M. Rothstein, qui vir doctus in his ut in multis rebus Lucianeis inveniendis atque investigandis acerrimo iudicio usus est, animadvertit, subscriptiones Alexandri in iis maxime libellis inveniri, a quibus incipit codex *P*, colligitque: „Ita igitur rem instituit corrector, ut exemplaris quo ad corrigendum utebatur ordinem secutus initio solum negotii suum nomen subscriberet, sive taedio eius rei paulatim captus sive opus inceptum postea per alios peragendum curavit".

„Alexander ille Nicaeae episcopus" — ut Rothsteinii verbis uti pergam — „dubitari non potest, quin sit Alexander Nicaeae metropolita, quem artis rhetoricae in urbe Constantinopoli magistrum ab imperatore Constantino Porphyrogenneto constitutum esse tradit illius laudator, qui eius iussu Theophanis chronica continuavit. Quod factum

---

1) Quod in libelli 31 diorthosi testanda post *μ(ε)τ(ὰ) ἰακώβου τοῦ ὁμοψύχου ἀδελφοῦ* Rothsteinio videtur scripsisse *καὶ μ(ε)τ(ὰ) Δαϱείου* ⁝ (finis versiculi graviter attritus est), aut recte legit Rothstein aut coniciendum est *καὶ μ(ητϱο)π(ολίτου) Λαϱίσσης* ⁝, qua coniectura facilius explicantur quae de Bulgarorum incursione narrat Alexander.

2) Non audeo confirmare nullum eiusmodi locum a me potuisse casu praetermitti.

esse non multo post annum 945, quo Constantinus solus regnum capessivit, et per se probabile est et ex ordine, quo singula apud scriptorem illum narrantur, videtur apparere. Medio igitur fere saeculo decimo Alexander corrigendo Luciani exemplari operam dabat".

Γ^c: Haec manus, quae plurima in textu correxit, plurima γρ. ascripsit, plurima scholia et interpretamenta addidit, ab horum tantum libellorum textu corrigendo videtur abstinuisse: 3. 6. 10. 12. 14. 20. 33. 42. 46. 48. 49. 50. 56. 57. 69. 72. 74. 75; dubia res est in libellis 19. 23. 39 et in eo qui periit 41. Raro ascripsit ἐν ἑτέρῳ, ἐν ἄλλῳ, οὕτως δεῖ γρ. Aeruginis vel chalcanti specie quadam conspicuum est fere semper huius manus atramentum.[1]) Aetas: saec. XV.

$\varDelta$: Corrector $\varDelta^x$, si recte iudicat Ursini[2]), est Raffaello Regio, professor Patavinus, qui 15/16 saec. fuit. Ad codicum $\mathfrak{D}\varDelta\delta$ inter se nexum satis definiendum plenioribus opus erit collationibus.

Θ: libellos α—ζ excipiunt libelli η—κ* ab alia manu scripti. Hos libellos saeculo XIV, illos saeculo XV tribuit Belin, totum codicem saeculo XV Omont; hunc autem virum doctum recte iudicavisse mihi persuasi.

Φ et φ.[3]) Codex $\Phi\varphi$ folia habet 285, quae a manu

---

[1]) Eadem manus est eodemque atramento utitur codicis Ω manus correctrix Ω^c.

[2]) P. de Nolhac, La bibliothèque de Fulvio Orsini.

[3]) G. Vitelli, Spicilegio Fiorentino, Museo Italiano di antichità classica I, I., Firenze 1884, primus hunc codicem accurate descripsit.

Rothstein l. l. p. 11—13.

P. Vogt, De Luciani libellorum pristino ordine quaestiones I., Marpurgi Catt. 1889.

recentiore signata sunt 1—284; nam inter 97 et 98 unum folium[1]) ab eo qui folia signavit casu praetermissum est. Iam ante signata fuerunt folia ab alia recentiore manu, 16 ut videtur saeculi, ad foliorum compages a—u = folia 1—166 et aa—pp = folia 167—284: quaterniones a—e = folia 1—40. quinio f = folia 41—50. quaterniones g—i = folia 51—74. quinio k = folia 75—84, cui quinioni adglutinatum est folium solitarium 85. quaterniones l—n = folia 86—108. quinio o = folia 109—118. quaterniones p—dd = folia 119—198. quaternio ee = folia 199—206, sed ex his solitaria sunt 200 et 205. quaterniones ff et gg = folia 207—222. ternio hh = folia 223 —228. quaternio ii = folia 229—236. quaternio kk = folia 237—244, ex quibus solitaria sunt 239 et 242. quaternio ll = folia 245—252. quaternio mm = folia 253 —260; ex his solitaria nunc quidem sunt, cum olim initialem quaternionis unionem effecisse et possint et debeant, 253 et 260, quae ad eandem alutae scidulam adglutinata continentur. quaternio nn = folia 261—268. senio oo = folia 269—280 recte plicata, si silentio meo fides. binio pp = folia 281—284.

Antiqua folia membranacea, quae numero sunt 137, in singulis foliorum paginis versus habent 34, fiuntque in singulis quaternionibus $34 \times 2 \times 8 = 544$ versus.[2]) Quaternionum signa initialia graeca — ex quibus et incorruptum et a prima manu scriptum esse non facile potest ultimum $\lambda\beta$ — extant a manu, ut videntur, aut antiquissima aut satis antiqua scripta in his foliis anti-

---

[1]) 97bis denotat Vitelli.

[2]) Additus est in fine paginae raro versiculus 35. Frequentes sunt in hoc codice omissiones.

quis duodeviginti haec: g^{1}51^{r}ϛ. h^{1}59^{r}ζ. l^{1}86^{r}ια. m^{1}94^{r}ιβ. n^{1}101^{r}ιγ. p^{1}119^{r}ιε. q^{1}127^{r}ιϛ. r^{1}135^{r}ιζ. s^{1}143^{r}ιη. u^{1}159^{r}κ. dd^{1}191^{r}κδ. ee^{1}199^{r}κε. ff^{1}207^{r}κϛ. gg^{1}215^{r}κζ. ii^{1}229^{r}κθ. kk^{1}237^{r}λ. ll^{1}245^{r}λα. mm^{1}253^{r}λβ. Inserta sunt septem folia recentiora l^{4}89. l^{5}90. m^{4}97. m^{5}97bis. ee^{2}200. ii^{2}230. ii^{7}235 pro septem foliis antiquis quae perierant ια^{δ}. ια^{ε}. ιβ^{δ}. ιβ^{ε}. κε^{β}. κθ^{β}. κθ^{ζ}.

Solutas fuisse turbatasque foliorum compages saeculo 15 exeunte vel 16 ineunte conficitur ex Indice, quem scripsit occidentalis, ut mihi videtur, illius aetatis manus quaedam. Index autem hoc ordine enumerat codicis *Φφ* libellos[1]: α—η. ι—ιε. θ (casu[2]) omissus suo loco). ιϛ—κ. νγ. νδ et[3]) μ. νε—νθ. κα—λ. λβ. λγ. λε. λζ—λθ.[4]) μα—νβ.[5]) Indicatur post unum quemque libellum folium libelli initiale. Manifestum est in codicis *Φφ* ordine turbato restituendo versatum esse Indicis scriptorem, verique simillimum est solutas fuisse compages quasdam[6]), ut ab

---

1) Graecos libellorum numeros et hic et infra sumpsi ex Conspectu II.

2) Alio atramento facta — non rubricatorio liquore eo, quo fieri solent in hac parte inscriptiones — facilius potuit oculos effugere libelli θ inscriptio.

3) Bis scriptus est hic libellus in recentiore codicis parte.

4) Unius versus spatium erasum habuit sine dubio mentionem libelli μ. Cfr supra inter νδ et νε.

5) Erasa est sine dubio libelli νγ mentio. Cfr supra inter κ et νδ.

6) Extant in antiquis foliis numerorum notae tres, 15 ut videntur saeculo scriptae, eius modi, ut atramenti color a primae manus atramento prope absit specie: fol. 135^{r} post libelli 34 = vulg. 52 inscriptionem 52, fol. 146^{r} post libelli 36 = vulg. 17 inscriptionem 59, fol. 159^{r} post libelli 37 = vulg. 49 inscriptionem 52. Possunt hi numeri ab Indicis scriptore in foliorum ordine restituendo ascripti esse, faciliusque fortasse

editionis principis auctore vel typotheta adhiberentur. Consulto esse in Indice omissos α^{β}. β^{α}, λα. λδ. λϛ libellos manifestum est.

Numeris graecis ad eum qui nunc est ordinem libellos instruxerat minus accurate recentior quaedam manus. Quos numeros iam ante Indicem scriptum non raro mutavit alia manus recentior, quae suos numeros quosdam nescio qua ratione ascripsit interdum. Harum autem manuum opera[1] culpave perierunt si qui fuerunt antiquitus in Φ libellorum numeri praeter πβ, qui numerus, si recte adnotavi, a prima fortasse manu ipsa scriptus extat ante inscriptionem dialogi 77^{29} = vulgo 10^{24}.

Recentiores huius codicis partes φ designavi, ut Φ nota reservaretur antiquis codicis partibus. Recentiores librarios duo[2]) vel tres distinguit Vitelli: Φ^{a}, saec. 14, folia scripsit chartacea 1—50. 67—85. 89. 90. 97. 97bis 109—118. 151. 152 et pauca in folio antiquo 51^{r}. Φ^{b}, saec. 14/15, folia scripsit chartacea 153—158. 167—190. 200. 223—228. 261—284 et ut videtur 230 et 235, quam in ceteris codicis Φφ partibus foliorum ordo solutorum potuit in hac parte perturbari: fol. 156 post libellum λ 36 Φ^{b} subscribit *τέλος περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων*, tum spatio relicto inscriptioni libelli λα 37 versus initiales plus 6, quos ipse scripserat, delevit ipse; folii 158^{v} pars inferior, post finem libelli λγ 72, vacua relicta est; folii 159^{r} versus 1—14, a Φ scripti, ultimi sunt versus libelli 36, quem excipit libellus 37.

[1]) Quam operam recensere cum inutile sit, tamen admoneo, libellum κ signatum esse λόγος κ, libellum κα λόγος κβ. Hoc autem errore potest effectum esse, ut Indicis scriptor primo abduceretur a vero libellorum ordine.

[2]) Duas manus esse diversas aestimatori peritissimo adsentior; una aetatis nota r^{1} ut ambo librarios designari posse iudicarem, adduxerunt me folia 151—158 = t^{1}—t^{8} iusto quaternionis vinculo conexa.

quae membranacea sunt; pauca scripsit Φ^b in foliis antiquis 191^r et 253^r Φ^c — est autem, ut videtur, idem atque Φ^b — folia scripsit 230 et 235.

Partes Φ, quae ab una manu scriptae sunt, ita describam, ut ad singula milia versuum, quae ex codicis Γ in singulis partibus ratione efficiuntur, calculi subducantur spatii partiumque.[1] Extremum calculum ibi auxi, ubi quinquaginta centesimas excedebant eae versuum partes quae secuturae erant.

In iis autem quae perierunt codicis partibus restituendis id egi, ut eos tantum libellos codici Φ redderem, qui perpensis et codicum $\Phi\Gamma\Omega$ spatiis et codicum $\Gamma\Omega$ ordine, si ulla omnino in libellis ordinandis existimandus esset constantia fuisse librarius Φ, abesse non posse videbantur.

1. Folia α^α—ε^η: perierunt, si verum est quaternionis signum ϛ, versus Φ 2720. Libelli 22 pars amissa versus explet Γ 83. Plane certa ratio non potest iniri.[2]

---

[1]) Rationes ad codicem Ω editionesque institutae adeo prope absunt ab hac ratione, ut eas adferre inutile sit.

[2]) Effecerunt iam, si quid effici poterat in re quasi desperata, M. Rothstein et P. Vogt. Rothstein octo quaterniones coniecit ante folium 51 excidisse scriptosque ibi fuisse ante libellum 22 — si recte eius coniecturam perspexi — libellos 13—21. Versus: Φ 4352, Γ 3142; ratio: Φ 1385 = Γ 1000. Vogt in quaternionibus α—ε scriptos fuisse coniecit ante libelli 22 initium libellos 15—21. Versus: Φ 2720, Γ 2144; ratio: Φ 1269 = Γ 1000. Accedat adnotatio mea potius quam coniectura: Si ante libellum 22 scripti fuerunt libelli 19—21, potest in Φ quoque, ut in $\Gamma\Omega$, a nova foliorum compage orsus esse libellus 19. Versus: Φ 1632, Γ 1228; ratio: Φ 1329 = Γ 1000.

Ac ne coniciendi fines quosdam indicare praetermittam: libelli 7 et 9 infra scripti sunt in Φ: libelli 1—6. 8. 10—li-

2. Folia ϛ$^{\alpha}$—ζ$^{\eta}$ = 51—66: lib. 22 c. 17 *ὅς τίς ποτε ὁ φανεὶς* — lib. 24 c. 17 *φθεγγομένων* Lib. 23 incipit fol. 58^{r}, lib. 24 fol. 62^{v}. Versus: Φ 1088, Γ 417 + 207 + 249 = 873; ratio: Φ 1246 = Γ 1000. Si codicis Φ in libello 23 omissiones respexeris, ratio erit Φ 1250 = Γ 1000.

3. Folia η$^{\alpha}$—ι$^{\eta}$: perierunt libelli 24 finis, lib. 25, lib. 26 et lib. 27 initium. Versus Φ 1632, Γ 214 + 540 + 350 + 125 = 1229; ratio: Φ 1328 = Γ 1000.

4. Folia 86—88: lib. 27 c. 13 *κενεὰ δὲ πάντα* — c. 27 *τί ἂν πράττοις* Versus: Φ 204, Γ 150; ratio: Φ 1360 = Γ 1000.

5. Folia ια$^{\delta}$ et ια$^{\varepsilon}$: perierunt libelli 27 finis et libelli 28 initium = versus Φ 136 = Γ 14 + 85 = 99; ratio: Φ 1374 = Γ 1000.

6. Folia 91—96: lib. 28 c. 9 *τινα εἶναι καὶ πανοῦργον* — c. 36 *καὶ μέχρι* Versus: Φ 408, Γ 299; ratio: Φ 1362 = Γ 1000.

7. Folia ιβ$^{\delta}$ et ιβ$^{\varepsilon}$: perierunt versus Φ 136 = Γ 102; ratio: Φ 1340 = Γ 1000.

8. Folia 98—108: lib. 28 c. 46 *ὑπερορῶντα* — lib. 29 c. 34 *ἐχούσης οὐσίας* Lib. 29 incipit fol. 99^{r}. Versus: Φ 748, Γ 66 + 486 = 552; ratio: Φ 1355 = Γ 1000.

9. Folia ιδ$^{\alpha}$—ιδ$^{\eta}$: perierunt libelli 29 finis, libellus 30 et lib. 31 initium. Versus: Φ 544, Γ 15 + 156 + 241 = 412; ratio Φ 1320 = Γ 1000.

10. Folia 119—150: lib. 31 c. 21 *πάνυ πεπεισμένος*

---

belli 22: i initium = versus Γ 4624; haec una scripta efficerent versus Φ 5984 = quaterniones undecim vel 6528 = quaterniones duodecim; ratio: Φ 1294 = Γ 1000 vel Φ 1412 = Γ 1000.

— lib. 36 c. 13 *συνουσίαις* Lib. 32 incipit fol. 121r, lib. 33 fol. 124r, lib. 34 fol. 135r, lib. 36 fol. 146r. Versus: Φ 2176, Γ 102 + 167 + 570 + 559 + 215 = 1613; ratio: Φ 1349 = Γ 1000.

11. Folia *ιθα—ιθγ*; perierunt versus Φ 544, Γ 400; ratio: Φ 1361 = Γ 1000.

12.[1]) Folia 159—166: lib. 36 c. 42 *ὑπονοσοῦντα* (*πο* litterae attritae) — lib. 37 c. 29 *συνεστηκὼς καὶ* Lib. 37 incipit fol. 159r. Versus: Φ 544, Γ 10 + 395; ratio: Φ 1342 = Γ 1000.

13. Folia *κα^α—κγ^γ*: perierunt, ut videntur, versus Φ 1632. Libelli 37 finis explet versus Γ 160, libelli 45 initium versus Γ 33.[2])

14. Folia 191—199: ⟨erasa sunt[3]) haec fere usque ad mediam fol. 191r paginam: lib. 45 c. 4 *τοῖς μὲν τοῦ λωτοῦ* — c. 5 *αἰσχρὸν αὐτὸ*⟩ fol. 191r a media pagina — 199v haec restant a Φ scripta: lib. 45 c. 5 *κατάπτυστον* — c. 69 *καὶ σωματικῆς ἀσκήσεως* Versus: Φ 612, Γ 422; ratio: Φ 1450 = Γ 1000.

15. Folium *κε^β*: perierunt versus Φ 68 = Γ 46; ratio: Φ 1469 = Γ 1000.

16. Folia 201—222: lib. 45 c. 76 *καὶ τῶν γιγνο-*

---

[1]) Eodem redeunt rationes, quas pro se quisque in partibus 2.—12. instituimus et Vogt et ego et Rothstein, qui de partibus tamen 3. et 9. restituendis non nihil videtur dubitavisse.

[2]) Non constat in una parte ponendos esse libellos 37 et 45.

[3]) Erasit Φb, qui fol. 191r coartata scriptura ab ineunte pagina in palimpsesto scripsit lib. 45 c. 2 *πεπονθὼς* — c. 5 *αἰσχρὸν αὐτὸ* Ostendit Vitelli, librarium Φb id egisse, ut quae spatii calculis non satis accurate subductis supererant post folium 190 supplenda caperentur spatio artiore. ⟨De versuum erasorum initio coniecturam feci ex paucis litterarum vestigiis, quae in versu 2 dispiciuntur.⟩

μένων — lib. 52 c. 6 *Ἡρακλέους*· Lib. 43 incipit fol. 203^r, lib. 7 fol. 208^v, lib. 9 fol. 210^v, lib. 50 fol. 216^r, lib. 52 fol. 222^r. Versus: Φ 1496, Γ 97 + 270 + 101 + 279 + 292 + 47 = 1086; ratio: Φ 1378 = Γ 1000.

17. Folia $\varkappa\eta^{\alpha}$—$\varkappa\eta^{\gamma}$: perierunt, ut videntur, versus Φ 544; libelli 52 finis explet versus Γ 102, libelli 57 initium versus Γ 26. Cum multa conici possunt tum intercidisse inter libellos 52 et 57 [1]) libellum 56. Versus: Γ 102 + 258 + 26 = 386; ratio: Φ 1409 = Γ 1000.

18. Folium 229: lib. 57 c. 3 *τῶν ἀνδρῶν* — c. 7 *οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα* Versus: Φ 68, Γ 50; ratio: Φ 1347 = Γ 1000.

19. Folium $\varkappa\vartheta^{\beta}$: perierunt versus Φ 68 = Γ 51; ratio: Φ 1339 = Γ 1000.

20. Folia 231—234: lib. 57 c. 11 *δρὶ οἴω σοι πολεμιστῇ* — c. 24 *ἠξίωσεν ἄν τις τῶν* Versus: Φ 272, Γ 199; ratio: Φ 1365 = Γ 1000.

21. Folium $\varkappa\vartheta^{\varsigma}$: perierunt versus Φ 68, Γ 48; ratio: Φ 1417 = Γ 1000.

22. Folia 236—252: lib. 57 c. 28 *τα ἐκ τῆς οἰκίας* — lib. 58 c. 50 *πολιτικῇ δὲ προ* (sic, ut monuit E. Rostagno) Libellus 58 incipit fol. 244^v. Versus: Φ 1156, Γ 433 + 436 = 869; ratio: Φ 1330 = Γ 1000.

23. Folia nescio quot: ⟨perierunt in Φ post folium 252^v libelli 58 versus ultimi 6 vel 7, qui in Γ minus 5 versuum spatium explent: *νοίᾳ* (sic) — *πεπτωκότων*⟩.

24. Folia 253—260 = $\lambda\beta^{\alpha}$—$\lambda\beta^{\gamma}$ = mm^1 — mm^8:

[1]) Hos autem libellos in una parte ponendos esse non satis constat.

<erasi sunt folii 253^{r} versus quattuor primi[1]); scriptum ibi fuisse finem dialogi vulgo 10^{14}:i = 77^{12}:i recte sine dubio coniecit Vitelli. Primus versus antiquitus ab ⁝ ὁ inceperat, quartus a ⁝ γ. Veri simile est erasa esse haec: 77^{12} c. 6 ⁝ ὁρᾷς ὅτι — ⁝ γνώσῃ — νεκρὸς ὤν·> Inde a folii 253^{r} versu quinto, nulla intercedente Dialogorum mortuorum inscriptione generali, scripti sunt vulgato ordine lib. 77^{26}—77^{22}:i (= vulgo 10^{15}—10^{27}:i) c. 9 μειρακιεύῃ. Versus: *Φ* 544, *Γ* minus 342, *B* versus bicolumnares 783.[2])

Vides a quaternionum signis ϛ—λα et λβ me profectum esse in partibus 1.—24. disponendis. Manifestum est autem, quaternionum illa signa vetustiora esse partibus codicis *Φφ* recentioribus. Ac quoniam signa adulterandi non potest probabilis ulla reperiri causa — cui enim bono? — veri simile est ea scripta esse quo tempore quaterniones α—λα. λβ aut omnes aut maiore ex parte quam nunc[3]) restabant, pieque eum qui ea signa

---

[1]) In hac rasura libelli 58 versus finales inde a c. 59 νοια μετὰ scripsit $Φ^{b}$ coartata scriptura.

[2]) Versus explent — ne difficile sit hanc rem conspicere — dialogi vulgo 10^{1}—10^{6} *Γ* minus 150, *B* bicolumnares 348, dial. 10^{7}—10^{14} c. 6 ἐχειρωσάμην *Γ* 332, *B* bicolumnares 798, dial. 10^{27} c. 9 πρὸς τὸ χρεών — 10^{30}:i finem *Γ* versus minus 77, *B* bicolumnares 168. Cum *B* in hac parte pro convenientia et ordinis et lectionum aptius quam cum *Γ* confertur *Φ*.

[3]) Conferantur quae in parte 1. coniecerunt Rothstein et Vogt. Si quaternionis signum λβ et incorruptum esset et a prima manu scriptum, perturbationis causa, ut monet Vogt, non in ipso codice *Φ* sed in eo quaerenda esset antigrapho, quo *Φ* usus est. Rothstein non λβ tantum sed priora quoque quaternionum signa post codicis partem iam mutilatam scripta esse censet.

scripsit codicem mutilatum consarcinasse talem qualem eum invenerat.

Diaeresis[1]) vitata potest esse libellorum 29*. 33. 36*. *57*. 58* quaternionumque ιγ. ις. ιϑ. λ. λα. Ne ii quidem libelli longe possunt afuisse a diaeresi, qui in partibus 13. et 17. perierunt ante libellos *45* et *57*.

Correctus erat Φ interdum iam ante recentiores partes a $Φ^a Φ^b$ additas, qui librarii non numquam et ipsi partem codicis antiquam correxerunt et in ea quoque parte scholiastarum munere functi sunt. Φφ quoque ab uno minimum correctore tractatus est.[2])

Qua ratione egerint qualique fere libellorum ordine usi sint manus recentiores in codice Φ supplendo augendoque, satis ostendunt Conspectus II:us et IV:us ad ea comparati, quae supra de codicis Φφ quaternionibus foliisque exposita sunt.

Codice Φφ usi sunt et codicis 𝔡 librarius (in lib. ξα — ογ) et, ut videntur, interdum primi editores.

Ψ: bombycinus, ab una manu scriptus. Lucianea codicis pars scripta est in foliis 4—90 et 91—98. 1) fol. 4^r—90^v vs. 9: lib. α = 78^{15} usque ad lib. κγ = 78^7; reliqua folii 90^v pars ecphrasin quandam Callistrati habet. Libellus ιε imperfectus est = lib. 39c. 1—44, post cuius ultima verba: ἤλαυνεν ἐς πόλιν vacuum spatium nullo modo sufficiens reliquerat librarius. Libellus ιη est libelli 8

---

[1]) Cfr. quae in parte 1. adnotavi: si ponitur et libellorum ordo 18. 19. 20. 21. 22 et versuum ratio Φ 1329 = Γ 1000, efficitur diaeresis libelli 18 quaternionisque β.

[2]) Fritzsche hos libellos exhibet a F. da Furia collatos: ex Φ: 9. 23. 32. 34; ex Φφ: 22. 24. 27. 28. 29. 36. 77; ex φ: 8. 16. 19. 38. 42. 47. 59. 63. 65. 71. 73.

Epistula tantum, ipse dialogus deest. — Folia 4—90 undecim quaterniones efficiunt; quaternionum signa perierunt praeter γ—η et ι. Resecta sunt duo folia: a) inter ϑVII = 74 (sic) et ιI = 76 (sic) librarius ipse, ut videtur[1]), resecuit folium ϑVIII b) inter folia 84 et 85 resectum est quaternionis ια folium II, alterum ex iis, quae post libelli 39 caput 44 vacua relicta erant. 2) fol. 91^r—98^r infra med.: libelli κδ et κε.[2])

Correctores et scholiastae sunt Ψ^2 = prima manus suo atramento, Ψ^3 = prima manus rubricatorio liquore usa, Ψ^a = alia manus fere aequalis, Ψ^x = alia manus paulo recentior. Inscriptiones pleraeque rubricatorio liquore scriptae sunt. Correctiones a se factas diserte testantur Ψ^2 vel Ψ^3 ascripto ὠρϑώϑη ad libellos 31. 40. 16. 27.

Antiquus quidam libellorum ordo significatur a prima manu ad hos libellos: ad lib. 31 λόγος δ, ad lib. 40 λόγος κϑ, ad lib. 42 λόγος λα, ad lib. 29 λόγος [illegible] (evanidae sunt numerorum notae; prior nota potest fuisse μ, vix λ), ad lib. 27 λόγος λε, ad lib. 25 λόγος [illegible]γ (potest fuisse ογ). Ad lib. 33 εἰς τὸ παλαιὸν η ascripsit aut Ψ aut Ψ^a. Et δ quidem numerus ad codicum PΩ ordinem quadrat, ex ceteris numeris videtur colligi posse, non id egisse librarium Ψ, ut antigraphi sui ordinem diligenter observaret.

Ω: membranaceus, ab una manu scriptus. Folia antiqua restant 266, quae post codicem ab ω suppletum

---

[1]) Nihil deest inter folii 74^v finem περιεπάρη | et folii 76^r initium | τίς μάλα = lib. 28 c. 51, sed scriptura impletum fuisse folium ϑVIII ostendunt paucae litterae versuum initiales, quae in eius parte versa restant.

[2]) Folia 91—98 quaternionem efficiunt; libellum κε Lucianumque excipit Synesius Cyrenaeus.

signata sunt numeris 3—268. Quaterniones, folia, versus, libelli ad hunc modum se habent:

Quater-nio	Folia	Quater-nio	Folia	Quater-nio	Folia	Quater-nio	Folia
1	3—10	10	77—84	19	149—156	28	221—228
2	11—18	11	85—92	20	157—164	29	229—236
3	19—26	12	93—100	21	165—172	30	237—244
4	27—34	13	101—108	22	173—180	31	245—252
5	35—42	14	109—116	23	181—188	32	253—260
6	43—50	15	117—124	24	189—196	33	261—268
7	51—58	16	125—132	25	197—204		
8	59—68	17	133—140	26	205—212		
9	69—76	18	141—148	27	213—220		

Lib.		Incipit		Versuum numerus	Lib.		Incipit		Versuum numerus	Lib.		Incipit		Versuum numerus
		Fol.	Vs.				Fol.	Vs.				Fol.	Vs.	
1		3^{r}	1	200	17	ιζ	59^{v}	13	437	33	λγ	157^{v}	4	615
2		6^{r}	14	91	18	ιη	66^{v}	14	145	77	λε!	167^{r}	29	1027
3	γ	7^{v}	12	106	19	ιϑ	69^{r}	1	385	78	usque ad	183^{v}	29	376
4	δ	9^{r}	25	111	20	κ	75^{r}	14	208	79	ϱδ	190^{r}	1	666
5	ε	11^{r}	12	76	21	κα	78^{v}	5	603	35	ϱε	200^{v}	14	160
6	ς	12^{r}	26	62	22	κβ	88^{r}	19	553	36	ϱς	203^{r}	19	675
7	ζ	13^{r}	26	119	23	κγ	97^{r}	14	218	37	ϱζ	214^{r}	12	610
8	η	15^{r}	21	405	24	κδ	100^{v}	15	483	38	ϱη	224^{r}	1	324
9	ϑ	21^{v}	23	298	25	κε	108^{v}	1	572	40	ϱϑ	229^{r}	15	166
10	ι	26^{v}	11	312	26	κς	117^{v}	11	372	41	ϱι	231^{v}	26	331
11	ια	31^{v}	12	98	27	κζ	123^{v}	11	318	42	ϱια	237^{r}	15	707
12	ιβ	33^{r}	16	203	28	κη	128^{v}	18	610	45	ϱιβ	248^{v}	9	672
13	ιγ	36^{v}	1	545	29	κϑ	138^{v}	8	505	46	ϱιγ	259^{r}	29	259
14	ιδ	45^{r}	18	520	30	λ	146^{v}	17	157	47	ϱιδ	263^{v}	9	128
15	ιε	53^{v}	3	!277	31	λα	149^{r}	19	349	48	ϱιε	265^{v}	13	191
16	ις	58^{r}	1	106	32	λβ	154^{v}	27	163	49	ϱις	268^{v}	18	

Lineae versusque sunt in singulis paginis 31 his foliis exceptis: a) 32 sunt in foliis 36. 47^v. 48. 49. 50. 58^r. 60^r. 66^v. 67^r. 108. 116. 171^v. 174^r. 176. 199^r; versum 32 finalem addit librarius in foliis 189^v et 198^v; folium 69^r lineas habet 32, quarum primam ornamento interlibellari[1]) implevit librarius b) lineae 31, versus 30 in foliis 174^v et 195^r, ubi primam lineae primae partem laeserat rasura c) paucarum litterarum versiculus additur in fine paginae bis et quadragies.[2])

Ex unionibus foliorum recte plicatis constant omnes codicis Ω compages neque ulla sunt solitaria folia. Quaternionum signa si quae fuerunt antiquitus, possunt marginibus abscisis periisse; signa 1—33 post recentiorem partem ω iam additam scripta sunt. Foliorum numeri sunt recentissimi.

Diaeresis quaesita est libelli 18 compagisque 8[3]); minoris momenti est diaeresis libelli 79^{15} quaternionisque 24. — Vitata potest esse diaeresis post libellos 4. 9. 23. 30. 41.

De libellorum 1—14 in Ω correctoribus agitur in editionis fasciculo primo. De ceterorum libellorum correctoribus haec admonuisse satis habeo h. l.:

Ω^a Ω^x, quorum correctorum manus interdum fere nihil differunt inter se[4]), in omnibus libellis occurrunt, si hos libellos exceperis: 19. 27. 30. 38.

---

[1]) Monendum est autem, hoc uno loco — ex ipsa diaeresi illa libelli 18 compagisque 8 — tale ornamentum reperiri ab hoc librario scriptum.

[2]) Quos versiculos in iis tantum libellis respexi, ubi versuum summam augebant additi.

[3]) Compages 8 sola quinio est; cfr. quae supra exposui de eadem in codice Γ diaeresi librarii ipsius studio quaesita.

[4]) Ω^x corrector non potest manu Ω^v aetate non esse inferior, cuius manus lectiones saepe recreaverit.

Ω^v evanidus est fere semper; nihil vidi ab hac manu correctum in libellis 18—21. 24. 27. 30—33. 35. 38. 42. 48.

Ω^b abest a libellis 16—18. 20—25. 27. 28. 32. 40. 48; saepe occurrit in libellis 15. 26. 30. 77—79. 35—38. Non raro evanuerunt huius manus litterae.

Ω^c corrector[1]) abest a libellis 15. 17. 19. 26. 27. 29. 32. 33. 77—79. 35. 38. 41. 42. 47. 48; saepe occurrit in libellis 18. 21. 22. 46.

Omnes qui iam enumerati sunt correctores codicem Ω videntur perlustravisse totum; nam accentuum aliasque notas non raro recreaverunt vel in iis libellis, quorum neque scripturam neque scholia correxerunt. Libellorum numeros *λε—ϱιε* in *λδ—ϱιδ* correxit Ω^{*b}.

Ex Ω nondum mutilato descripti sunt codicis I libelli et *ιζ—μη* et, ut videntur, reliqui omnes inde a *μϑ*. Ex Ω iam mutilato descripti sunt: 1) codicis M libelli inde a lib. *μς* c. 33 *οὖ προειστήκει* — lib. *οϑ* 2) codicis *ϱ* libelli *α—ϱιδ*. Codicem Ω paucis rebus exceptis talem descripserunt: I qualem eum reliquerant correctores Ω^2 Ω^a Ω^v Ω^x scholiastaeque Ω^s Ω^y; M qualem post Ω^x Ω^y eum reliquerat Ω^b corrector; *ϱ* qualem post Ω^b eum reliquerat Ω^c. Vides codicibus IM*ϱ* adhibendis definiri posse recentiorum in Ω correctorum aetatem, cum notas gerant aetatis r^f I, r^k M, r^p ex ipsius librarii testimonio *ϱ*.[2])

---

[1]) Ω^c, ut monui supra, eadem manus est atque Γ^c. Scholia et interpretamenta plurima scripsit Ω^c.

[2]) De rasurarum manusque Ω^* aetate gravissimum interdum est codicis I testimonium ea servantis, quae a recentioribus in Ω erasa sunt.

δ: membranaceus, ab una manu scriptus, folia habet 225; ultima compages incipit a folio 223; folia 223—225 nunc solitaria sunt, resectis foliis consociis. Folium 225^{v}, quod adeo graviter adrasum est, ut multa legi non possint, continet libelli 82:i initium usque ad c. 2 ἀνάδραμε ἀπ'|. Bandini hunc codicem 13:o saeculo tribuit. Si recte iudicavit Bandini, et aetatis nota reponenda est in Conspectu I:o r^{f} pro r^{n}, neque videtur posse dubitari, quin codex δ et archetypum sit codicum 𝔇Δ et a $Δ^{a}$ adhibitus sit in codice Δ corrigendo. Aetatis nota r^{n} dubitanter ego quidem, sed tamen usus sum, quia, si ex paucis quas utriusque codicis accuratius contuli partibus licet iudicare, δ videtur ex Δ a $Δ^{a}$ correcto posse descriptus esse.[1]) Codice δ usus est codicis 𝔡 librarius.[2])

ε: membranaceus, folia habet 202, ex quibus duo, 162 et 163, post quaternionis κα folium primum intercalata sunt a manu fere aequali $ε^{a}$, quae manus et varias lectiones plurimas ascripsit et in dialogis nonnullis personarum indices post inscriptiones addidit et in libello λβ = 39 multa supplevit.[3]) Numeros et quaternionum finales α—κε et libellorum marginales α. γ—μγ scripsit omnium libellorum prima manus ε ipse; eadem manus transponendos videtur indicavisse libellos δ = 7 et γ = 9;

---

[1]) Ne ego quidem ante codicem Δ inspectum existimaveram, codicem δ recentiorem esse posse saeculo 13 vel 14: plurimas autem antiquitatis notas prae se fert habitus cum litterarum tum membranae. — Recentiores quaedam adnotationes in codice δ factae ad annos 1558 et 1559 referri mihi videbantur a. 1889 hunc codicem inspicienti.

[2]) Vides veri simile esse ex codice δ nondum mutilato descriptam esse codicis 𝔡 partem principalem.

[3]) Codice F maxime videtur usus esse $ε^{a}$.

scripsit autem in ipsis inscriptionum versibus post *περὶ τοῦ οἴκου: λόγος β*, post *δημώνακτος βίος: λόγος β*. Codicis 𝔡 pars quaedam (libelli *μβ* — *ξ* omnes, ut videntur) ex codice ε descripta est.[1])

Libellus 39 graviter conturbatus est in hoc codice: magnae libelli partes omissae sunt; quae omissiones teguntur lectionibus quibusdam interpolatorie consarcinatis.[2]) Omissas partes supplevit ε^a his additis in foliorum 150^v. 151^r marginibus et in foliis 162. 163: 1) c. 6 *κἀγὼ εὐθὺς ἔνθεν ἑλὼν, ὡς — ἥδιστον ἐκ τούτου ἀνακαγχάσασα* 2) c. 8 *καὶ χρή σε νῦν ἐπιδεῖξαι* — c. 10 fin. *ἤδη κοίμισον·* 3) c. 50 *καὶ ποτὲ γυνὴ ξένη·* — c. 54 in. *ἐν τούτῳ δέ* 4) c. 56 *ἐγὼ δὲ κράτιστον — τὴν ἐμαυτοῦ ἐν γέλωτι συμφορὰν·* Quas omissiones vides ita comparatas esse, ut neque possint ex ullo foliorum in antigraphis antiquis detrimento explicari et facile explicentur ex studio quodam partium libelli purgandarum obsceniorum.

λ: chartaceus, ab una manu scriptus. Lucianea pars pertinet a fol. 1 — fol. 285. Libellorum α^α. *ις — λ. ν. να,. νζ — νθ* origo nondum indagata est; ceterorum stirps in codicis L descriptione recognoscetur.

ϱ: membranaceus, Bessarionis iussu a Cosma ex *Ωω* descriptus anno 1471. Cosmas autem et codicis ω libellos *;ιη* et *;λγ* — ut et par erat et in codicis *Ωω*

---

[1]) Inscribendi eam, quam supra dixi librarii ε rationem imitatus est codicis 𝔡 librarius, nisi quod ad libelli 10 initium pro *λόγος β* scripsit *λόγος δεύτερος*.

[2]) Idem fere est libelli 39:i habitus in codicibus et 𝔅 et *i* et N: hoc autem in codice libelli 39:i scriptura, quae — si altera illa pleniore libelli recensione usus esset librarius — paginas debebat fere undetriginta explere, non plus quattuor et viginti explet.

indice factum erat — libellis ιε; et ;κγ adiunxit et spatium ad finem imperfecti in codice ω libelli ϑ capiendum sufficiens reliquit. Aliis quoque praeter Ωω codicibus usum esse Cosmam ostendunt pauci loci libellorum 1 (c. 1). 51. 54. 61.

ω: membranaceus, ab una manu ante annum 1471 scriptus: 1) libelli α—ιϑ = quiniones undecim 34—44 = codicis Ωω folia 269—377[1]) 2) libelli κ—λδ = quiniones septem a—g = codicis Ωω folia 378—447. In neutra parte numeris instructi sunt libelli.

Ex codice E iam tum mutilato[2]) descripti sunt undecim libelli α—ια, nisi quod initium libelli ι = 67[3]) ex alio fonte[4]) supplevit coartata scriptura ω^2 = librarius ipse in spatio ab ω^1 relicto. Codicis E libelli ξς. ξζ. ξϑ—οβ scripti erant supra in parte antiqua Ω; libelli ⋆νϑ. ξ infra descripti sunt ex alio fonte.[5]) Ceteri libelli

---

[1]) Inter folia 322 et 323 unum folium praetermissum est ab eo qui codicis Ωω folia numeris signavit.

[2]) Plenius de hac re egi in Adnotationibus Lucianeis, Nord. tidskrift f. filologi, Hauniae 1889.

[3]) Inter libelli 66 c. 2 *τοῖς ἄμεινον κρῖναι* ⁞ *δυναμένοις* (fol. 330ʳ vs. 29 ⁞ 30) et libelli 67 c. 1 ⁞ *νοχας* (fol. 331ʳ vs. 25 vacuum reliquerat librarius ω^1 spatium, quod conveniret ad ambitum folii eius quod in codice E inter folium 6 *δυναμένοις* et folium 7 |*νοχας* perierat. Quam coartate scripserit ω^2, inde colligas, quod lib. 67 c. 1 *Ἀλλὰ—ἐξενή* ⁞ quinque folii 331ʳ versibus capiuntur, ea autem quae sequuntur ab ω^1 scripta ⁞*νοχας— καὶ ϑεῶν δω* ⁞ quinque et ipsa versus explent.

[4]) Vix dubium est, quin ex eodem fonte libellum 67 quoque, si ibi scriptus fuisset lib. 67, suppleturus fuerit ω^2. De quibus maxime fontibus agatur, ostendit Conspectus IV.

[5]) Videtur librarius aut temporis causa non potuisse diutius uti codice E aut cognitum habuisse, sibi licere hos libellos aliunde describere integros.

ex diversis fontibus sumpti sunt, quorum in numero videntur fuisse et V[1]) et C et in libello 80 aut Ψ aut aliquis codex ad stirpem L pertinens. Libellum 83 primus, ut videtur, ante editionum tempora Lucianeis libris ascripsit ω.

Codici Ωω praepositus est libellorum Index in recentioribus foliis 1 et 2 scriptus: libellos α = 1 — ρλβ = 54 librarius ω ipse persignavit, libellos ρλγ = 76 — ρξα = 83 Bessarion, ut videtur.

A: membranaceus, a Ioanne Rhoso scriptus, ut codicibus Rhosi nomine subscriptis usus alibi[2]) ostendi. Ex codice C ipso iam a C^x correcto descriptum esse codicem A ex omnium partium et habitu et lectionibus manifestum est.[3]) Codicem A cum saepissime adhibuerunt superiores tum adeo accurate totum contulit Iacobitz, ut A pro vicario[4])

---

[1]) Cfr. E. Schwartz, Berliner philol. Wchsch. 1895. 7, in censura Peregrini a L. Levi editi, et H. Graeven, Studi italiani di filologia class. 1896.

[2]) Nordisk tidskrift for filologi, N. R. IX.

[3]) Habitus testimonia, praeter ordinis consensum iam supra illustratum, haec satis habeo attulisse ex uno libello 40: c. 1 *οἱ σοφοὶ καλοῦσιν*] *οἱ* ¦ *καλοῦσιν* C *οἱ πολλοὶ καλοῦσιν* A *πολλοὶ* in margine ante ¦ *κ* add. C^x c. 17 *κακό* ¦ *δαιμον* (sic) *ἐκφυγὼν τὰς νόσους· οὐ πυρετὸν ἔτι δεδιώς· οὐ πολέμιον· οὐ τύ* ¦ *ραννον* C *κα* inde *κόραννον* pergens A praetermisso integro antigraphi versu c. 24 inter *ἀηδῶς* et *μὰ δί'* sex fere litterarum spatium vacuum reliquerunt CA.

Indiciis et habitus — ordinis aetatisque — et lectionum usus ex C descriptum esse A ostenderat Siemonsen, Quaestiones Lucianeae, Hadersleben 1866. Quam vere disputavisset Siemonsen, ideo, ut videtur, non intellexit Fritzsche — Lucianus II. II. X. 1869 et III. I. XVI*. 1874 — quod in codicis A aetate constituenda erraverat ipse.

[4]) In quibus libellis A extet codicis C vicarius, ex Conspectu IV:o facile cernitur.

possit adhiberi codicis C per paucas tantum partes adhuc collati. Perierunt hae codicis A partes: 1) et 2) folia α et ι = lib. *39* c. 1—c. 4 *ἐγκαλέσαι ἄν τις τῇ τρυφῇ*. et c. 40 *τῶν ἀγρῶν· ἐνταῦθα*—c. 45 *μόλις ἐπαναστὰς* (sic, ut ex codice C licet iudicare) 3) folia *ϱδ*—*ϱζ* = lib. *44 c. 1—c. 23 *τὴν Στρατονίκην ἐπειδὴ* 4) ultima codicis folia duodecim *τκ* — *τλβ* = lib. 78⁶* c. 2 *ἐκπλαγεῖσα καὶ*—libelli 69 finem.

B: membranaceus, ab una manu scriptus, folia nunc habet 159, quae a manu recentissima ante annum 1834 signata sunt 1. 2. 4—24. 25. 26—125. 126—160. Folium 3 post annum 1834 abscisum est. Scripturae columnas binas habent folia 1ʳ—125ᵛ, singulas folia 126ʳ—160ᵛ. Folium 25, quod codicis *B** — qualis nunc est codex — primum folium debebat esse, male inter folia 24 et 26 transposuit recentior codicis glutinator. Folium 25ʳ incipit a libelli *κ* = *41* c. 1 | *εἶναι δόξεις; ἀβίωτα* perieruntque, ut e libellorum numeris a prima manu scriptis versuumque in hac parte conservatorum ambitu intellegitur, codicis libelli undeviginti primi libellique vicesimi versus initiales quattuor, ut probabile est bicolumnares. Inter folii 25ʳ initium et folii 125ᵛ finem nihil deest praeter ea quae folio 3 absciso perierunt.[1]) Folii 125ᵛ ultima verba sunt *ὁ ταρσέων δῆμος* | = libelli *με** = 12* c. 21. Inter folia 125 et 126 iam ante folia

---

[1]) Folium 3 pertinuit a libelli *κ* c. 15 | *διαφαίνεσθαι* — c. 20 *καὶ μάλιστα μὲν σιω* |. Et haec et tria folii 3 scholia apud Iacobitz collata inveniuntur. In scidula inter folia 2 et 4 relicta, quae scidula cum folio 6 cohaeret, duae litterae restant ⟨*πλαται*⟩*αί·* ¦ qui finis fuit versus folii 3ᵛ tricesimi tertii = 3ᵛ columnae 2 versus primi. ‘Fol. 3 deerat 23. VI. 1877’, ut in codicis involucro adnotatum est.

numeris arabicis instructa octo folia abscisa sunt, quorum foliorum scidulae relictae cum foliis 122—125 et 126—129 cohaerent. In foliis abscisis haec scripta fuerunt[1]): finis libelli με* = 103 fere versus bicolumnares, libellus μς = 399 vel 409 fere versus monocolumnares et initium libelli *μζ = fere 34 versus monocolumnares. Folium 126^r incipit a libelli *μζ = *56 c. 4 | καὶ θιασῶται. Nihil deest inter folii 126^r initium et lib. νγ* = 61^3* = Saturnalium c. 20 ἀλλ' ἡ μὲν γῆ, ἄσπορος | quae ultima verba sunt folii 160^v codicisque B.

Quaternionum signa, quibus uti possem ad folia earum quoque quae perierunt partium designanda, ita posui, ut ante folium 25, quod primum mutilati codicis folium est, periisse facerem quaterniones numero ιε septemque quater-

---

[1]) Octo illa folia abscisa esse anno circiter 1666 eo consilio, ut Peregrinus exstirparetur, coniecit I. H. C. Schubart, Zeitschr. f. d. Altert-Wiss. 1834. Saeculo 15 nondum abscisa fuisse haec folia ex numeris ριγ et ριζ al. ad libellos με* et μθ al. a manu B^r ascriptis videtur colligi posse. Monocolumnarem a Peregrino libello orsam esse codicis B partem e libellorum ordinandorum ratione comprobavit M. Rothstein. Ex octo foliis abscisis primum oportet fuisse bicolumnare usque ad libelli με finem, qui libellus nullo modo potest pertinuisse usque ad eius folii finem. Veri simile est eius folii bicolumnares fuisse lineas in pagina ^r 32×2, in pagina ^v 20×2, reliquas autem paginae ^v lineas et undecim fere numero (= 31—20) fuisse et monocolumnares, primamque earum solito ornamento interlibellari distinctam fuisse. Vides non esse, cur in hoc folio primo alia requiratur interitus causa quam in reliquis septem. Libello autem Peregrino ut 399 versus tribui debebant, si a secundi folii versu primo — ut potest per versuum in hac codicis parte ambitum — orsus esset, ita versus fere 409 et possunt tribui et tribuendi sunt, ne in secundum folium transeat versus initialis.

nionis ις folia prima. Eiusmodi signa, cum nulla iam restent, possunt abscisa esse, nam folia et supra et extra et infra recisa sunt. Et a proximo quidem codicis illigatore quinque fere millimetrorum ramenta ablata esse ostendunt et anguli paucorum foliorum ab illigatore non satis explicatorum hodie quoque residui et plurima scholia marginalia misere detruncata.[1])

Solitaria sunt folia haec: 1) solitaria a librario ipso relicta: folia II et VII quaternionum *ιζ. ιθ. κγ. κδ. λδ. λε. λζ* = 2. 7. 18. 23. 51. 56. 59. 64. 131. 136. 139. 144. 155. 160 et folia III et VI quat. *κα* = 36. 39 2) solitaria facta a mutilatoribus: folium VI quat. *ιζ* = 6, absciso folio 3; folia I—IV quat. *λβ* = 122 — 125, abscisis foliis V—VIII quaternionis *λβ*, et V—VIII quat. *λγ* = 126—129, abscisis foliis I—IV quaternionis *λγ*. Eodem modo solitaria possunt facta esse folium VIII quat. **ις* = 25 et folium I quat. *λζ** = 154. Post codicis partem olim initialem abreptam solitaria facta esse opinor folia iusto olim unionis vinculo, ut videntur, consociata quat. *ιθ* I et VIII = 17 et 24.[2])

---

[1]) Accedunt recentiorum manuum adnotationes marginales eodem detrimento ita adfectae, ut intellegi iam non possint: monocondylia quaedam saeculo 13/14 scripta et haec in folio 69ᵛ ad ultimum ex Dialogis mortuorum adnotata a manu 15:i ut videtur saeculi: ⁞ ▬*οῦ διάλογοι, ο*: (prima littera aut *μ* est, ut videtur, aut *ν*), numeri autem nota *ο* summam significat sine dubio dialogorum minorum ad libellos *κε. κζ. κη* pertinentium *κε* + *ιε* + *λ* = *ο*, excluso libello *κς*. Vides autem saeculo vel 15:o potuisse ex B describi multa scholia marginalia nondum mutilata.

[2]) Contra librarii ipsius institutum hunc ad modum adglutinata et adsuta sunt haec folia: fol. 17 ad folii 23 scidulam recte ante folium 18 positam, folia 24 et 25 ad folium 26, fol. 154 ad folium 153.

Graeci libellorum numeri a prima manu scripti cernuntur ii tantum, quos infra describam.[1]) Minorum dialogorum numeros cum nullos videatur generales exsignavisse librarius, tamen ita instituti sunt ceterorum libellorum numeri, ut ad libellos 79. 78. 77 conveniant numeri κε. κζ. κη. Hunc autem ad modum hos dialogos signavit manus prima: deorum α—κε[2]), marinos α—ιε, mortuorum α—λ, ita tamen, ut in uno quoque genere primus numerus α ante generalem dialogorum inscriptionem poneretur. Recentior manus B^r, quae manus 15:i saeculi est, inde a numero κε libellorum numeros commutavit duplici ratione id agens, ut: a) praetermissis minoribus dialogis Dearumque iudicio in κε—μϑ corrigerentur primae manus numeri κϑ—νγ et b) dialogi minores ceterique libelli (post κδ) usque ad νγ numeris novis κε—ϱκα signarentur. Cum B^r raro ille quidem sed tamen interdum in textu corrigendo versetur, neque incredibile est eum, si libellum κ invenisset mutilum, quattuor illos versiculos initiales fuisse suppleturum, neque satis perspicitur, quid sibi voluerit correctio numerorum serio suscepta eademque et initio carens quodam modo et fine. Adducor igitur, correctorem B^r codice B usum esse nondum ἀκεφάλῳ.

Ponantur iam in conspectu libelli, quaterniones, folia, versus earum partium, quae aut integrae sunt aut satis facile restituuntur.

---

[1]) Possunt tamen abscisi esse, si quos praeter morem suum in extrema marginis parte numeros scripsisse statuimus librarium.

[2]) Dearum iudicium κϛ signatur; quem numerum eius modi vides esse, ut — si consilio debeatur — non satis eluceat, quo positus sit consilio: ut hic libellus totius corporis esset libellus κϛ an ut Deorum dialogus esset quasi sextus et vicesimus an ut ambiguo numero signatus utroque spectaret.